Fragmentarium



tradidit eos ioseph · qui & ministrabat eis; Aliquantum temporis fluxerat · & illi in custodia tenebantur; Viderunt q· ambo somnium nocte una · iuxta interpretationem congruam sibi; Adq̃ cum introisset ioseph mane & uidisset eos tristes · sciscitatus est dicens; Cur tristior est hodie solito facies uestra; Qui ꝓnderẽt; Somniũ uidimus · & non est qui interpretetur nobis; Dixq· ad eos ioseph; Num quid non dei est interpretatio · ꝓfeste mihi quid uideritis; Nam & ait prior pincerna somnium; Videbam coram me uitem in qua erant tres ꝓpagines · efflorere paulatim gemmas · & post flores uuas maturescere; Calicem q· pharaonis in manu mea; tulit ergo uuas & expressit in calicem quem tenebam · & tradidi poculum pharaoni; Respondit ioseph; hac est interpretatio somnii; Tres propagines · tres ad hac dies sunt · post quos recordabitur pharao magisterii tui · & restituet te in gradũ pristinum; Dabisq· ei calicem iuxta officiũ tuum · sicut facere ante consueueras; Tantũ memento mei cum bene tibi fuerit · & facies mecum misericordiam; Vt suggeres pharaoni · ut educat me de isto carcere; Quia furto sublatus sum de terra hebreorum · & hic innocens in hac carcere missus sum; Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissoluisset · ait; Et ego uidi somnium · quod habebam tria canistra farina super caput meum; Et uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria · auesq· comedere ex eo; Respondit ioseph; hac est interpretatio somnii; Tria canistra · tres ad hac dies sunt post quos auferet pharao caput tuum · ac suspendet te in cruce · & lacerabunt uolucres carnes tuas; Exinde dies festus natalicius pharaonis erat · qui faciens grande conuiuium pueris suis; Recordatus est inter epulas magistri pincernarum · & pistorum principis; Restituitq· alterum in locum suum · ut porrigeret regi poculum; Alterum suspendit in patibulum · ut coniectorii ueritas probaretur; Et tamen succedentibus prosperis · prepositus pincernarũ oblitus est interpretis sui; Post duos annos uidit pharao somnium; Putabat se stare super fluuium · de quo ascendebant

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 4v – Old Testament (https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73624)